




**Theatrum honoris in quo nostri Apelles, saeculi seu pictorum,  
qui patrum nostrorum memoria vixerunt celebriorum  
praecipue quos Belgium tulit, verae et ad vivum expressae  
imagines in aes incisae exhibentur**

<https://hdl.handle.net/1874/186892>

gee

FAMA.



AMSTELLODAMI  
apud Ioannem Ianssonium.

Anno 1618.

AD PHILOZOGRAPHUM.

Si tibi sunt nulla Tabula, nec pietæ Poësis;  
De cù Pictores hi tibi sufficient.  
Nam pietæ Tabula cedunt Pictoribus. Hi sunt  
Qui fingunt, pingunt quodlibet ingens.



HIERONYMI COQVI ANVERPI.  
PICTORIS, ET ECTYPORVM GRAPHICORVM  
EXCVSORIS CELEBERRIMI, MANIBVS.

Q VÆ tibi pollicitus dudum celebrantia Belgas  
Pingendi artifices carmina vanus eram,  
En, tua nunc demum post fata, Hieronyme, soluo  
Manibus inferias tristia dona tuis.  
Vixisses, maiore forent adspersa lepore.  
Omnis at, heu, perijt te pereunte lepos.  
Nam quis amabilior, quis te festiunior uno,  
Salsior, aut pariter candidior ve fuit?  
Nec verò statuis iudex, pictisve tabellis,  
Dicere qui precium tam bene posset, erat.  
Ergo Coquum non sola suum Volcatia coniux,  
Non solus lacrymis prosequor ipse meum:  
Non alij, quibus aut tecum fuit arctior vsus,  
Aut Coquus à celebri nomine notus erat:  
Ipsa suum passis etiam Pictura capillis  
Ereptum luget te sibi mœsta decus.  
Quid mirum? plus illa tibi, quam debuit ulli;  
Nullos dum sumptus, tædia nulla fugis,  
Artificum sobolem toto procul orbe nouellam  
Ut parerent formis ectypa cusa tuis.  
Neu te ferre pari, Volcatia, laude recusent,  
Quos Graphice mecum ducit amore sui,  
Maius opus quam pro sexu dum fortiter audens,  
Ante viro trita vadis & ipsa via,  
Semper in æs curans incidi, semper & edens  
Picturæ cupidis quod placuisse queat.  
Corpora vestra igitur mors quæ disiunxit, ut villa  
Non animos poterit dissociare die:  
Sic & coniunctim, numeris, Volcatia, nostris  
Teque, Coquumque mori nescia Fama canet.



HYBERTO AB EYCK, IOANNIS  
FRATRI; PICTORI.

Quas modò communes cum fratre, Huberte, merenti  
Attribuit laudes nostra Thalia tibi,  
Si non sufficient : addatur & illa tua quod  
Discipulus frater te superauit opus.  
Hoc vestrum docet illud opus Gandense. Philippum  
Quod Regem tanto cepit amore sui :  
Eius ut ad patrios mittendum exemplar Iberos  
Coxenni fieri iussit ille manu.

<sup>†</sup> Michael Coxen-  
nius Mechlinieñ.  
in signo hac attate  
pictor.



IOANNES AB EYCK PICTOR.

*Ille ego, qui lætos oleo de semine lini  
Expresso docui princeps miscere colores,  
Huberto cum fratre nouum stupuere repertum,  
Atque ipsi ignotum quondam fortassis Apelli,  
Florentes opibus Brugæ mox nostra per omnem  
Diffundi latè probitas non abnuit orbem.*



HIERONYMO BOSCHIO, PICTORI.


Quid sibi vult, Hieronyme Boschi,  
Ille oculus eius attonitus? quid  
Pallor in ore? velut lemures si  
Spectra Erebi volitantia coram  
Tam potuit bene pingere dextra.

A spiceret? Tibi Ditis auari  
Crediderim patuisse recessus,  
Tartareaisque domos tua quando  
Quicquid habet sinus imus Averni



ROGERO BRUXELLENSI PICTORI.

Non tibi sit laudi, quod multa, & pulchra, Rogere,  
Pinxisti, ut poterant tempora ferre tua,  
Digna tamen, nostro quicumque est tempore Pictor  
Ad quæ, si sapiat, respicere usque velit:  
Testes picturæ, quæ Bruxellense tribunal  
De recto Themidis cedere calle vetant:  
Quam, tua de partis pingendo extrema voluntas  
Perpetua est in opum quod medicina fami.  
Illa reliquisti terris iam proxima morti.  
Hæc monumenta polo non moritura micant.



THEODORO HARLEMIO, PICTORI.

*Huc & ades, Theodore, tuam quoque Belgica semper  
Laude nihil ficta tollet ad astra manum,  
Ipsa tuis rerum genitrice expressa figuris  
Te Natura sibi dum timet arte parem.*



DE BERNARDO BEVXELLENSI. PICTORE.

Aulica quod sese Bernardo iacet, alumno  
Bruxella, Attalicas doctissima pingere vestes:  
Non tam pictoris, si quis me iudice certet,  
Arti debetur, quamquam debetur Tarti  
Quam tibi quoā carus Belgarum Margari rexrix  
Dum tibi Appalca nini est incundus artio,  
Aurca peniculis te dante manubria, Taureos  
Sape tuis, eusum paulo ante numisma, Philippos



IOANNI MABVSIO, PICTORI.

Tuque adeò nostris seclum dicere, *Mabusi,*  
*Versibus ad graphicen erudiisse tuum.*  
Nam quis ad aspectum pigmenta politius alter  
*Florida Apelleis illineret tabulis?*  
*Arte alijs, esto, tua tempora cede secutis.*  
*Peniculi ductor par tibi, rarus erit.*



IOACHIMO DIONANTENSI PICTORI.

Has inter omnes nulla quod vivaciùs,  
Ioachime, imago cernitur  
Expressa, quam vultus tui; non hinc modò  
Factum est, quod illam Curtij  
In æra dextra incidit, alteram sibi  
Quæ non timet nunc æmulam:

Sed quod tuam Durerus admirans ma  
Dum rura pingis, & casas,  
Olim exaruit in palimpsesto tuos  
Vultus abena cuspidi.  
Quas æmulatus lineas se Curtius,  
Nedum præiuit ceteros.



QVINTINVS MESIUS ANVER-  
PIANVS PICTOR.

*Antè faber fueram Cyclopēus ast ubi mecum  
Ex æquo pictor cœpit amare procul:  
Sequé graues tuditum tonitrus postferre silenti  
Peniculo obiecit cauta puella mihi:  
Pictorem me fecit amor. tudes innuit illud  
Exiguus, tabulis quæ nota certa meis.  
Sic, ubi Vulcanum nato Venus arma rogarat,  
Pictorem è fabro summe Poëta facis.*



LVCAE LEIDANO PICTORI.

Tu quoque Durerō non par, sed proxime, Luca,  
Seu tabulas pingis, seu formas sculpis abenas,  
Ec typa reddentes tenui miranda papyro,  
Haud minimam in partem (si qua est ea gloria) nostrā  
Accede, & tecum natalis Leida, Camæna.



DE IOANNE HOLLANDO, PICTORE.

*Propria Belgarum laus est bene pingere rura;  
Ausoniorum, homines pingere, sive deos.  
Nec mirum in capite Ausonius, sed Belga cerebrum  
Non temerè in gnaua fertur habere manu.  
Maluit ergo manus fani bene pingere rura,  
Quam caput, aut homines, aut male scire deos.*



IVSTO CLIVENSI ANVERPIAN.  
PICTORI.

*Nostra nec artifices inter te Musa filebit  
Belgas, picturæ non leue, Iuste, decus.  
Quam propria, nati tam felix arte fuisses;  
Mansisset sanum si misero cerebrum.*



MATTHIAE COCO ANVERPIAN.  
PICTORI, HIERONYMI FRATRI.

*Tu quoque, Mattheia, sic pingere rura sciebas,  
Ut tibi vix dederint tempora nostra parem.  
Ergo, quod artifices inter spectaris & ipse,  
Quos immortali Belgica laude colit;  
Non in te pietas tantum fraterna, sed arti  
Efficit & meritò laus tribuenda tuæ.*




HENRICO BLESIO BOVINATI PICTORI.

*Pictorem yrbs dederat Dionantum Eburonia, pictor  
Quem proximis dixit poëta versibus.*

*Illum adeò artificem patriæ situs ipse, magistro,  
Aptissimus, vix edocente fecerat.*

*Hanc laudem inuidit vicinæ exile Bouinum,  
Et rura doctum pingere Henricum dedit.*

*Sed quantum cedit Dionanto exile Bouinum,  
Joachime, tantum cedit Henricus tibi.*



DE IOANNE MAIO, PICTORE.

*Quos homines, quæ non Maius loca pinxit, & vrbes,  
 Visendum latè quicquid & Orbis habet;  
 Dum terra sequiturque mari te, Carole Cæsar,  
 Pinget ut dextræ fortia facta tuæ;  
 Quæ mox Attalicis fulgerent aurea textis,  
 Materiem artifici sed superante manu.  
 Nec minus ille sua spectacula præbuit arte  
 Celso conspicuus vertice grata tibi,  
 Iussus prolixæ detecta volumina barbae  
 Ostentare suos pendula ad usque pedes.*



PETRO COECKE ALOSTANO, PICTORI.

*Pictor eras · nec eras tantum, Petre, pictor · Alostum  
Qui facis hac Orbi notius arte tuum:  
Multa sed accessit multo ars tibi parta labore,  
Cuius opus pulchras ædificare domos.  
Serlius hanc Italos · tu, Serli deinde bilinguis  
Interpres, Belgas, Francigenasque doces.*



IOANNES SCORELLVS

BATAVVS, PICTOR.

*Primus ego egregios pictura inuisere Romam  
Exemplo docuisse meo per secula Belgas  
Cuncta ferar. neque enim iusti dignandus honore  
Artificis, qui non graphidas, pigmentaque mille  
Consumpsit, tabulasque schola depinxit in illa ..*



LAMBERTO LOMBARDO LEODIENSI,  
PICTORI ET ARCHITECTO.

*Elogium, ex merito quod te, Lombarde, decebat,  
Non libet hic paucis texere versiculis:  
Continet hoc ea charta (legi si nostra merentur)  
De te quam fecit Λαμπτονιος γραφεις.*



19.

PETRO BRVEGEL, PICTORI.

*Quis nouus hic Hieronymus Orbi  
Boschius? ingeniosa magistri  
Somnia peniculoque, styloque  
Tanta imitarier arte peritus,  
Ut superet tamen interim & illum?*

*Macte animo, Petre, mactus ut arte  
Namque tuo, veterisque magistri  
Ridiculo, salibusque referto  
In graphicis genere inlyta laudum  
Præmia ubique, & ab omnibus ulli  
Artifice haud leuiora mereris.*



DE GUILIELMO CAIO BREDANO,  
PICTORE.

*Quas hominum facies, ut eos te cernere credas,  
Expressit Caij pingere docta manus,  
(Si tamen excipias vnum, me iudice, Morum )  
Culpari Belgæ nullius arte timent.*



LVCAE GASSELO HELMONTANO,  
PICTORI.

*Salve omnes, Luca, ante alias carissime quondam,  
Nec leuius proprio culte parente mihi.  
Quippe mihi primus graphices datus auctor amandus,  
Dum pingis docta rura, casasque manu.  
Par arti probitasque tuae, candorque, bonorum  
Et quicquid mentes ducere amore potest.  
Ergo fama tuae virtutis, & artis in ænum  
Vuat, utroque mihi nomine amate senex.*



FRANCISCO FLORO ANVERPIANO,  
PICTORI.

*Si pictor quantum natura, Flore, valebas,  
Tantum adiunxiſſes artis & ipſe tibi,  
Dum tibi multa libet potius, quam pingere multum,  
Nec mora te limae iusta, laborque iuuat;  
Cedite, clamarem, pictores, omnibus oris  
Quos vel aui, nostri vel genuere patres.*



HIERONYMO COCO ANVERPIAN.

PICTORI.

*Fallor? an effigiem vultus, Hieronyme, primūm*

*Hanc duxit pictor post tua fata tui?*

*Nescio quid certè torpens & languidum in illa*

*Non prorsum indoctis innuit hoc oculis.*

*Clariùs, heu, sed enim loquitur caluaria cunctis,*

*Indice commonstrat quam tua lœua manus:*

*Hi præiere Cocum artifices · quos deinde secutus*

*Vos ijsdem comites ille , sibiique vocat.*